·q̄a ·suo
in nobis: de spū; quem dedit nobis· Quod autem manet
semper· utique nec mutatur· Ergo mutationem non
habet· aeternitatem habet· Et ideo scs sps sempiternus
est· creatura autē obnoxia uitio· ideoq; mutabilis·
Quod autē mutabile ē· esse non potest sempiternum·
& ideo non potest sps sci & creaturę esse consortium·
quia sempiternus est sps· Creatura autē omnis in
tempore est· Sempiternum autem spm· etiam a
postolus ait· Si enim sanguis hyrcorum & taurorū·
& cinis uitulę aspersus: inquinatos scificat ad carnē
emundandam· Quanto magis sanguis xpi· qui per
spm sempiternum se obtulit inmaculatus dō· Er
go sempiternus est sps· Plerique autem arbitra
ti sunt unguentum xpi· esse spm scm· Et bene unguen
tum· quia oleum laetitię nuncupatum est· quo plu
rimarum redolente copula gratiarum· uerum illū
ds omnipotens pater unxit principem sacerdotum·
Qui non ut alii in typo unctus ex lege· & secundum le
gem unctus in corpore· sed & in ueritate supra legē·
uirtute sci sps ex patre plenus est· Hoc est oleum
laetitię· de quo dicit propheta· Unxit te ds ds tuus·

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 102, p. p.%2052 – Ambrose, De spiritu sancto and De incarnationis dominicae sacramento . Victricius of Rouen, De laude sanctorum (http://www.e-codices.ch/en/csg/0102/p.%2052)